

tem in excommunicationem. Ita docet Doc-
 tissimus Pater Magister à Veracruce in egre-
 gia huius Clemēt. Expositione. 1. p. q. 4. conc.
 §. quem sequitur noster Emanuel. 1. to. qq. re-
 gul. q. 66. art. 2. Et probat primo, ex verbis
 citatis, ibi [præterquàm in casibus a iure ex-
 pressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ
 concessa eisdem. Probatur deinde ex §. fina-
 li, dictæ Clemētina. Vbi ait Clemēs. 5. Sanè
 Religiosis illis, quibus est ab Apostolica Se-
 de concessum, vt familiaribus suis domesti-
 cis, aut pauperibus in Hospitalibus suis de-
 gentibus Sacramenta possint Ecclesiastica
 ministrare, nullū ex præmissis volumus quo
 ad hoc præiudicium generari. Hæc ibi. Se-
 quitur ergo, q̄ Clemens. 5. per suam con-
 stitutionem, priuilegia [si quæ erant] præde-
 cessorum non reuocauit, sed confirmauit. Si-
 cut ergo priuilegium vt domesticis possint
 Sacramenta ministrare, per dictam Clemen-
 tinam non est reuocatum, sed confirmatum:
 eadem ratione, si Religiosi haberent priuile-
 gium ministrandi generaliter omnibus ista
 Sacramenta: non fuit ablatum per Clemen-
 tem. Saltem ex verbis constitutionis hoc cō-
 stare non potest. Quapropter, si modo Cle-
 mens.